

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicitia ay  
cum fonte primo

Si ex rerum  
natura amicitiae coniunctionem demeris,  
nec domus ulla, nec urbs stare poterit,  
nec agricultura permanebit.

Quanta etiam vis eius sit  
ex dissensionibus atque discordiis  
percipi potest.  
Que enim domus tam stabilis,  
que tam firma est ciuitas,  
que non discidiis funditus  
possit everti?

Tullius ibidem (de amicitia).

Quod  
si exemeris ex rerum  
natura benevolentiae iniunctionem,  
nec domus ulla nec urbs stare poterit,  
nec agri quidem cultus permanebit.  
Id si minus intellegitur,  
quanta vis amicitiae concordiaeque sit,  
ex dissensionibus atque discordiis  
percipi potest.  
Quae enim domus tam stabilis,  
quae tam firma ciuitas est,  
quae non odiis et discidiis funditus  
possit everti?

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*, 23 (J.G.F. Powell ed., p.330, ll.4-11).